



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

Parisiis, 1644

Titvli Canonvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15300

^a Anno Domini 649. &c.] Constat ex initio actorum Concilii, vbi dicitur: hæc Synodus celebrata anno nono Constantis, indictione octaua: quæ tempora cum anno redemptoris nostri Iesu Christi 649. & initio pontificatus sancti Martini coincidunt.

Tempus Concilii.

ANNO CHRISTI 650.

CONCILIVM CABILONENSE,
 CLODOVEI II. REGIS EVOCATIONE
 VIII. Kalendas Nouembres in vrbe Cabilono in baf-
 lica S. Vincentii celebratum, circa annum Christi
 DCL. Martini papæ II. Clodouei eiusdem regis VI.

TITVLI CANONVM.

- | | |
|--|--|
| I. <i>Vt fidei Nicæna norma in omni-
bus conseruetur.</i> | XII. <i>Vt duo abbates in vno mona-
sterio non sint.</i> |
| II. <i>Vt Canonum statuta seruentur.</i> | XIII. <i>Vt nullus alienum clericum
retineat, nec ordinet, sine episco-
pi sui voluntate.</i> |
| III. <i>De clericorum cum extraneis
feminis familiaritate fugienda.</i> | XIV. <i>De oratorijs per villas potent-
tum, vt clerici qui his deseruiunt
in episcopi libera sint potestate.</i> |
| IV. <i>Ne duo in ciuitate vna eodem
tempore habeantur episcopi.</i> | XV. <i>Vt abbates & monachi sacu-
lari patrocinijs non vtantur, &
principem sine episcopi sui permis-
su non adeant.</i> |
| V. <i>Vt seculares nondum clerici,
parochias aut earum res non re-
gant.</i> | XVI. <i>Vt nemo ad sacros ordines
per premium promoueat.</i> |
| VI. <i>Nemo ante audientiam res ec-
clesia inuadere presumat.</i> | XVII. <i>Vt nullus secularium in ec-
clesia, vel in ipsius atrio, scandalu
aut similtates excitare presumat.</i> |
| VII. <i>Res defuncti presbyteri, vel
abbatis, intactæ permaneant.</i> | XVIII. <i>Vt die dominico ruralia o-
pera nemo exerceat.</i> |
| VIII. <i>De penitentia peccatorum
a sacerdotibus indicenda.</i> | XIX. <i>Ne turpia vel obscæna in ba-
silicis, aut in earum porticibus &
atrijs, cantari permittantur.</i> |
| IX. <i>Ne mancipia Christiana extra
regni terminos vendantur.</i> | XX. <i>De Agapio & Bobone Di-
niensis vrbis episcopis.</i> |
| X. <i>Vt episcopi a comprouinciali-
bus, clero, & ciuibus suis eli-
gantur.</i> | |
| XI. <i>Vt iudices publici per mona-
steria & parochias, nisi inuitati,
non discurrant.</i> | |

PRÆFATIO.

PRISCIS quidem Canonibus noscitur institutum, vt
 metropolitani cum eorum comprouincialibus per
 singulos annos debeant in synodali coniungi Deo propi-
 tiante Concilio. Sed nunc tam ex communi omnium vo-
 luntate, quam ex euocatione vel ordinatione gloriosissimi

Concil. Tom. 15.

o o